



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Disce orare, id te doceant tres orationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Qui hereditatem salutis capientibus in ministerium mittimini,
 Qui super regna & provincias constituti estis,
 Qui hostium exercitus saepe dissipastis,
 Qui Dei famulos ex carceribus & aliis vitae periculis saepe liberaftis,
 Qui Sanctis martyribus in tormentis saepe solatio fuistis,
 Qui Ecclesiae Praelatos & Principes ejusdem nutritios peculiari cura fovete soletis,
 Omnes Sancti beatorum spirituum ordines,
 A cunctis periculis, per Sanctos Angelos nos, Libera nos Domine.
 Ab insidiis diaboli, Libera nos Domine.
 Ab omni haeresi & schismate, Libera nos Domine.
 A peste, fame, & bello, Libera nos Domine.
 A subitanea & improvisa morte, Libera nos Domine.
 A morte perpetua, Libera nos Domine.
 Peccatores, Te rogamus audi nos.
 Per Sanctos Angelos tuos,
 Ut nobis parcas,
 Ut nobis indulgeas,
 Ut Ecclesiam tuam sanctam regere & conservare digneris,
 Ut domnum Apostolicum & omnes Ecclesiasticos ordines protegere digneris,
 Ut Imperatori nostro, Regibus, & omnibus Principibus Christianis pacem & unitatem largiri digneris,
 Ut fructus terrae dare & conservare digneris,
 Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris,
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce nobis Dñe.
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Dñe.
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
 Christe audi nos, Christe exaudi nos. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster, &c.

Psalms ex variis Psalmis.

Laudate Dominum de caelis: laudate eum in excelsis.
 Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.
 Benedicite Dominum omnes Angeli ejus: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.
 Benedicite Domino omnes virtutes ejus: ministri ejus qui facitis voluntatem ejus.
 Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus.
 Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus.
 Quoniam Angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.
 In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
 Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem.
 Immitter Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.
 Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum, Amen.
 ¶ In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.
 ¶ Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.
 ¶ Domine exaudi orationem meam.
 ¶ Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Omnipotens & misericors Deus, qui nos Angelicam custodiam munit dignatus es, concede quaesumus, ut tanta protectione secuti, & a pravis cogitationibus

Orae pro nobis.

Te rogamus audi nos.

A liberemur in mente, & ab omnibus adversitatibus erua-
 mur in corpore. Per Dominum nostrum Jesum Chri-
 stum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate
 Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum,
 Amen.

HORA V.

*Disce MORI: id te doceat assidua
mortis rapina.*

MEMENTO homo vanitas, non moriturum te, sed
 MORI, quovis die, quavis hora. Vitae hujus prin-
 cipium, mortis est exordium: prima hora quae vitam hu-
 dedit, eandem etiam carpsit & mutilavit; hunc ipsum jus princi-
 quem agis diem, cum morte dividis. Quidquid facis, est exor-
 respice finem. *Breves dies hominis sunt, numerus mensuram est exor-
 ejus apud Deum est: constituti sunt termini ejus qui praeferri vers. 5.
 non poterunt, non poterunt, cheu non poterunt. Et non
 tantum non praeferri sed nec sciri possunt, quam sint
 vicini. Vis esse immunis a morte subita? mortem, sed
 vicine cogita. Semper dicendum est, quod an sciamus, ex-
 periri non possumus: meditare mortem. Nemo im-
 provisò moritur, qui semper se moriturum cogitavit.
 Memento mori.*

Disce VIVERE: id te doceat lex Iustitiae.

Virtutis est proprium, injustitiam odisse, & omnem
 injustitiam comitatum, insidias, fraudes, injurias: proprie-
 has accipere malis, quam inferre. Non mundi, sed
 Christi lex est: Rapturo pallium etiam tunicam adicien-
 dam in auctarium. Et quod illud lucrum sit, argentum
 in arca, damnum in conscientia? lucro turpi jactura
 longè preferenda est: *Quid enim proderit homini, si lucre- Marc. cap. 8.
 tur mundum totum, & detrimentum anime suae faciat. Sed vers. 36.
 is jam moribus vivitur, ut justitiae nomen religiosè ado-
 retur, res ipsa ad cuiusvis usum aut commodum tor-
 queatur: justis haberi volunt plurimi, pauci esse. Pars
 magna justitiae est, ut, quod aliis vitio vertis, ipse non
 committas, & quod tibi fieri non vis, alteri non facias.
 Discite justitiam mori (o mortales) & non temere
 Divos.*

Disce ORARE: id te doceant tres orationes istae.

Prima.

Deus qui miro ordine Angelorum ministeria ho-
 minumque dispensas, concede propitius, ut a qui-
 bus tibi ministrantibus in caelo semper assistitur, ab his
 in terrâ vita nostra inuniat. Per Christum Dominum
 nostrum, &c.

Secunda.

Benignissime Deus, cujus immensa bonitas & sa-
 pientia, in omnibus sanctis Angelis tuis mirificè re-
 luctet, te rogo suppliciter, ut Anglicis pro me interven-
 tientibus suffragiis, omnia opera mea & placatus susci-
 pias, & ad salutem meam provenire concedas. Per
 Christum Dominum nostrum.

Tertia.

O Eterne Deus, bonitatem tuam per omnium San-
 ctorum Angelorum atque Archangelorum pre-
 ces & merita, humiliter imploro, ut quod me in te
 amori deest, illorum in te ardentissimus amor compen-
 set. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum
 filium tuum, qui tecum vivit & regnat cum sancto Spi-
 ritu in saecula saeculorum.

HORA VI.

*Disce MORI: id te doceant quotidiana
plurimorum funera.*

MEMENTO homo putredo, quot hac, non dicam
 die, sed hora, è vivis citandi ad tribunal summi
 judicis, cogitanda.

ME...
 CA...
 EXEL...
 S...
 VII...
 10...